

Zacharia confirmat, dum ait: *Scriptum est: percutiam pasto-*
rem, &c.

2. Petro, præ aliis temerario, & confidenti trinam prædicat
negationem, eamq; proprio testimonio, & iuramento cōfirmat.

3. Discipulos omnes, ad vigilantiam, & preces hortatur, id-
que his rationib. 1. Deus pastorem percutiens vos est tētaturus.

2. Satanahostis vester, vos est cribraturus, & omni conatu à
fiducia salutis deturbare conabitur. 3. Nec melius erga vos af-

fectus erit mundus, qui itidem vos persecuturus est. 4. Propria
vestra caro, cui iam nimium fiditis, firma in tentationibus non
manebit.

4. Solatur eos contra futuram tempestatem, ne lapsi, aut
tentationum fluctib. obruti, ad desperationem adigantur. Ca-
pita consolationis sunt ista.

1. Confidite, etsi enim percussio pastore oues dispergentur,
ego tamen dispersas recolligam.

2. Satanæ cribratio etsi crudelis in vos, exitialis tamen non
erit, ego .n. oravi pro vobis, vt fides vestra nunquā exstinguatur.

3. Etsi morte à vobis separabor, tamen reuisam vos, & præce-
dam vos in Galilæa. Hæc brevis concionis Christi summa est.

Effectus concionis ponitur duplex. 1. Singularis in Petro,
qui à pusillanimitate, & communi fuga, & desertione se exce-
pturus, in contrarium temeritatis vitium est prolapsus, se, suasq;
vires præ reliquis discipulis ostentans, & quod tale quid nun-
quam ex animi mollitie commissurus sit, magna verborum cō-
tentione promittens. Vnde etiam præ reliquis à Christo obiur-
gatus, & trina ei abnegatio prædicta est.

2. Cōmunis effectus in omnib. discipulis est, 1. quod horta-
tionē Christi ad pugnā, & certamē spirituale, sinistrè de mūda-
no bello, & certamine intellexerūt, ideoq; duos gladios, quos ad
manus habebāt, proferūt, quib. cōtra incursum hostiū sibi dimi-
candū fore existimarūt. 2. quod securi facti, (neq; .n. quæ vel de
sua, vel de ipsorūmet passione prædixerat Christus, satis accipie-
bant) in maximo, tum magistri sui, tum suorummet periculo,